Orgiam fluvium peracta cena in fluvii ripa conscendens cunctis ob refrigeracionem in aqua cruribus subeuntem sensit languorem. Et comperta sub dextra cruris genu postarsia, que antras vocatur, noctem duxit insompnem et dato mane signo tollendorum castrorum Bonconventum properat, pagum XII milibus a Sena distantem. Ibique viam universe carnis ingressus est, regni sui anno V°, imperii autem I° mense uno et diebus XXIIII, in festo beati Bartholomei, quo die Corradinus a Karolo superatus est. C. CCXXXIIII pars X.[1]

tolledorum C.

[1] Viel mehr CCXXXV pars XVI fol 266 recto col 1.

II pars de quibusdam contingentibus

Die Überschrift glänzend rot.

[M]illesimo CCCVIII Dulcinus heresiarcha de Novaria et Margaretha Tridentina et alii circa CL mortui fuerunt in montibus exercitatoribus eius frigore et fame gladio ultra CCC, qui libertatis spiritum predicabant. Margaretha autem predicta ante Dulcinum in frustra? concisa est, consors eius in scelere et errore postea ipse cum multis aliis ultimo pariter combustus. MCCCIX Clemens papa magnum processum fecit contra Venetos, quia Ferrariam urbem ecclesie indebite occupaverant. Eodem anno Karolus secundus rex Sicilie moritur V die Maii, cui successit Robertus filius, coronatur apud Avinionem ~~prima~~ I dominica sequentis Augusti. MCCC IX soldanus Egypti ~~Saxdus~~ de mense

hereyiarcha C.

madiis et ausgestrichen und radiert C.